



188559  
III

## ANALECTA LAURENTIANA.

In describendo codice Laurentiano Plut. V n. 10 (*L*) anxia et minuta Bandinii diligentia<sup>1</sup> inter f. 195 et 197 particulam transiit, quae adhuc abdita in occulto latet. Scilicet Theodori Prodromi versus in S. Barbaram (f. 195<sup>r</sup>) nequaquam f. 197<sup>r</sup> anonymi poetae<sup>2</sup> carmen de divite et Lazaro excipit. Interponuntur enim eclogae quattuor, quarum secunda<sup>3</sup>

<sup>1</sup> Catalogus codicum manuscriptorum Bibliothecae Mediceae Laurentianae vol. I (Florentiae 1764) p. 29.

<sup>2</sup> Lemma *μύθος* manus recentior adscripsit, poema ipsum sub Ignatii nomine ex codice Parisino Suppl. Gr. 690 (*M*) f. 117<sup>v</sup>sq. publici iuris fecit commentatio nostra, cui titulus est 'Methodii patriarchae et Ignatii patriarchae carmina inedita' 'Eos' vol. IV (Leopoli 1898), p. 151sq. Quodsi libri Laurentiani contextus in contentionis iudicium vocatur, aliquantum lucri provenit v. 1 (*μέγιστος* pro *μέγιστον*, quam codicis M memoriam ex coniectura in *μέγιστος* mutavi), 18 (*καὐτὸς δ'* pro *καὐτὸς*), 34 (*καὶ* pro *καί*), 37 (*ἔφη* pro *εἶπε*), deterioris vero recensiois signa plurima prodeunt cf. 3 *μάλιστα*, *βύσσινον*] *βύσσινον πορφύραν* || 4 *πυκνά*] *πυκνῶς* || 5 *χαίρων*] *μᾶλλον* || 5 sq. *μηδενὶ δοῦναι θέλων* | *τὶ τῶν ἑαυτοῦ*] *μηθενὸς* (cum M) *θέλων δοῦναι* | *καὶ* (pro *ἐκ?*) *τῶν ἑαυτοῦ* || inter 7 et 8: *ξένος ταπεινὸς καὶ κατεξηλωμένος* (unde verbum *κατεξηλωθῶν* Lexicis accedit) || 10 *θρουμμάτων*] *θρεμμάτων* || 11 *ἀλλὰ γ'*] *ἀλλ' ἀπ'* || 18 *μέρου*] *μέρω* || 22sq. *βλέπει κατηρῆς τὸν ποτε πρὸς τὴν θύραν* | *αὐτοῦ τὸ πρόσθε*] *ὄρα τὸν ποτε* (*τὸν ποτὲ L*) *κατηρῆ πρὸς τῆ θύρα* | *ἔμπροσθεν αὐτοῦ* || 25 *φρωνὴν δὲ ῥήξας*] *ῥήξας δὲ φρωνῆν* || 26 *τοιαῦτ' ἔφρασκεν*] *τοιαῦτα δ' ἔφη* | 29 *τὸν τεθλιμμένον*] *τὸν ἐπταισμένον* || 31 *κατεξηραμμένη*] *καταξηραμμένη* || 36 *τοῦ πυρὸς*] *τῶν δεινῶν* || 37 *συμπαθῶς*] *συμφρώνως* || 39sq. *πόσων κατετρόφησας, ὡς καὶ Λάζαρος* | *πολλῶν κακῶν εἴληφε τὴν καταγίδα*] *ὅσον κατετρόφησας, πλοῦτων* (pro *πλουτῶν*) *εἰς κόρον*, | *οὕτω δὲ καὶ Λάζαρος πτωχὸς καὶ πένης* | (inc. f. 198<sup>r</sup>) *εἴληφε πάντων τῶν κακῶν καταγίδων* (sic) || 41 om. || 42 sq. *στενάξεις μυρῶν τολμημάτων* | *εὐρεῖν θέλων λύτρωσιν*] *μυρῶν ζητεῖς νῦν τολμημάτων* | *εὐρεῖν τὴν συγχώρησιν* || 44 *μακρὸν τυγχάνει*] *καρτερὸν πέλει* || 45 *ὅπως δύνωνται μηδαμῶς οἱ ἐνθάδε*] *ἴν' ὅπως μὴ δύνωνται παντελῶς ὧδε* || 46 *ἐκέϊσε*] *ἐκέθθεν* m. pr. (corr. m. sec.) || *παρ' ἀξίαν*] *πεπηγμένον* || 47 *μηδ' οἱ ἐκεῖθεν προσπερῶσιν*] *μηδ' (μηδ' L) αὐτὸν περῶσιν οἱ ἐκεῖθεν* || 48—70 om. — In ambiguo est iudicium de variis lectionibus: 18 *θρασύγνωμος*] *θρασυγνώμων* (cf. Lobeckius ad Phrynich. p. 383) et 27 *ἐκτετηγμένον*] *ἐκτετηκότα*.

<sup>3</sup> *Ἐκ τοῦ Ζωγράφου Διφίλου* (δὴ *φίλου L*): *ἀπροσδόχτον οὐδὲν ἀνθρώποις πάθος* (*πάθος L*) | *ἔφημέρους* (*ἐφ' ἡμῶς L*) *γὰρ τὰς τύχας κεκτημέθα* = Diphilus fr. 45 Kock.

et quarta<sup>1</sup> aliunde innotuerunt, prima et tertia e tenebris in lucem nobis evocandae sunt, ita tamen ut altera ab oblivione vindicetur, altera in cognitionem veniat:

### I. Φιλήμονος κωμικοῦ.

ᾠ τῆς βραχείας ἡδονῆς τῆς τοῦ βίου!  
 τὴν δξύτητα τοῦ χρόνου πενθήσατε!  
 ἡμεῖς καθεζόμεσθα<sup>2</sup> καὶ κοιμώμεθα  
 μοχθοῦντες ἢ τρυφῶντες, ὧδ' ἤδη<sup>3</sup> χρόνος  
 5 τρέχει καθ' ἡμῶν τῶν ταλαιπώρων βροτῶν,  
 φέρων ἐκάστου τῷ βίῳ καταστροφὴν.  
 Ἄρα μὴ θανόντες τῷ δοκεῖν ζῶμεν μόνον;

### III.

Τὴν Ταντάλειον κληπαθῶ τιμωρίαν  
 σοῦ μὴ παρόντος, τοῦ καλοῦ Νικολάου,  
 τοῦ νεκταρώδους τοῖς λόγοις καὶ τοῖς τρόποις,  
 καὶ μὴ σθένων σῶν ἐντρυφῆσαι ζημάτων  
 5 καὶ πανσολύπων καὶ λίαν γλυκντάτων  
 ὑπὲρ τὸ Ὑμίτιον, ὦ φίλε, μέλι.

Ac primo quidem ad aspectu obscuri poetae epigramma in Nicolaum<sup>4</sup> prae splendido Philemonis fragmento sordere videtur, mox vero Palladas

<sup>1</sup> Sine auctoris nomine Symeonis Metaphrastae carmen alphabeticum (inc. ἀπὸ βλε-  
 φάων δάκρυα, ἀπὸ καρδίας πόνους = Patrol. Gr. vol. CXIV p. 132 Migne) proponitur.

<sup>2</sup> Καθεζόμεσθα L.

<sup>3</sup> Ὡδ' ἤδη L.

<sup>4</sup> Procul dubio Nicolai Hydruntini obitus deploratur, cuius undecim carmina non-  
 dum edita L continet f. 168<sup>v</sup>, 177<sup>v</sup>sq., 192<sup>r</sup>, 193<sup>v</sup>, 194<sup>r</sup>, 194<sup>v</sup>. De Nicolai aetate grave  
 testimonium servat subscriptio codicis Laurentiani Latino-Graeci Plut. XVI n. 40 (membran.  
 in 8<sup>o</sup> min., s. XVI) f. 12<sup>r</sup>sq. τέλος τῆς διαθήκης καὶ διατάξεως τοῦ μεγάλου καὶ ἐν  
 ἄγλοις Κωνσταντίνου, ἧτις ἐγγράφη παρὰ Νικολάου Ὑδρουντίνου ἐν τῷ μεγάλῳ παλα-  
 τῷ ἐν Κωνσταντίνου πόλει ἀπὸ τῆς βίβλου τῆς συνοψισθείσης (συνοψισθείσης Cod.)  
 παρὰ Θεοδώρου (Θεωδῶρου Cod.) τοῦ Βαλσαμῶν (inc. f. 12<sup>v</sup>) τῇ προτροπῇ τοῦ κυροῦ  
 Βενεδίκτου τοῦ καρδινάλιου καὶ τοποτηρητοῦ Ἰννοκεντίου τοῦ τρίτου, πάπα Ῥώμης·  
 ἦν γὰρ τότε ὁ προρηθεὶς Νικόλαος ἐξελλημιστῆς (vox in Lexicis desideratur) καὶ ἐρμη-  
 νεὺς αὐτοῦ τοῦ καρδινάλιου καὶ τῶν Γραικῶν ἐν ταῖς τῶν περὶ (l. ἐν ταῖς περὶ τῶν)  
 δογματῶν διαλέξεσιν· ἔτει (ἔτι Cod.) ᾠψιε'. Quae quidem notitia (= a. mundi 6715)  
 ad aerae Christianae annum 1207 spectat.

Alexandrinus obviam occurrit, fetum suum repetens Anthologiae Palatinae testimonio:

- X 81 ὦ τῆς βραχείας ἡδονῆς τῆς τοῦ βίου!  
 τὴν δξύτητα τοῦ χρόνου πενθήσατε!  
 ἡμεῖς καθεζόμεσθα καὶ κοιμώμεθα,  
 μοχθοῦντες ἢ τρυφῶντες, ὁ δὲ χρόνος τρέχει,  
 5 τρέχει καὶ ἡμῶν τῶν τάλαιπῶρων βροτῶν,  
 φέρων ἐκάστου τῷ βίῳ καταστροφὴν  
 et 82 Ἄρα μὴ θανόντες τῷ δοκεῖν ζῶμεν μόνον,  
 Ἕλληνες ἄνδρες, συμφορᾷ πεπτωκότες,  
 ὄνειρον εἰκάζοντες εἶναι τὸν βίον,  
 εἰ ζῶμεν ἡμεῖς, τοῦ βίου τεθνηκότες;

Existit igitur controversia, in qua dirimenda anceps iudicium suggerunt argumenta e sententiarum nexu ducta, sermonis autem ratio et orationis color contra codicis Laurentiani fidem pro Pallada momenta adferunt. Per se enim tristissima vitae humanae imago nihil impedit, quominus Philemonis auctoritas adgnoscat, cum eandem rationem et doctrinam redoleant, quae in fragmentis aliunde cognitae (ed. Kock, Comicorum Atticorum fragmenta, vol. II — L. 1884 — p. 478 sqq.) de mortalium condicione atque fortuna proferantur. Philemoni scilicet homines tantum erecta forma ab animalibus differunt (3), quin etiam ideo deteriores esse videntur, quod morum studiorumque varietate inter se distent (89); maligniorem praeterea sortem nacti sunt, ut qui victum non sine magnis negotiis et molestiis adquirant (88, 3 sqq.), legum vero et opinionum vinculis, quibus propter insitam pravitatem coercerentur (2), mala sua adaugeant (90. 93). Hinc igitur effata manarunt: ὦ τρισμακάρια πάντα καὶ τρισάλβια | τὰ θηρῶν, οἷς οὐκ ἔστι περὶ τούτων λόγος (93, 1 sq.) et πολὺ γ' ἔστι πάντων ζῶν ἀθλιώτατον | ἄνθρωπος, εἴ τις ἐξετάζοι κατὰ τρόπον (88, 1 sq.).

Optatis enim numquam vita respondet (69), instar umbrae caduca et incerta (213, 15), quia in omnibus rebus fortuna,<sup>1</sup> quae nascentibus se associat, dominatur (10).<sup>2</sup> Quae quidem amica varietati constantiam

<sup>1</sup> Paulo aliter fr. 137 οὐκ ἔστιν ἡμῶν οὐδέμια τύχη θεός, | οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ταυτόματον, ὃ γίνεται | ὡς ἔτιχ' ἐκάστω, προσαγορεύεται τύχη. Quomodo ἡ τύχη et τὸ αὐτόματον differant, docet Aristoteles Natur. Ausc. II 6, compilatus a Plutarcho de fato 7 p. 572 F; cf. etiam Gomperzius, d. Apologie d. Heilkunst (Vindob. 1890) p. 120.

<sup>2</sup> Adde Menandr. fr. 1083, ubi Philemonis fragmentum adgnosendum est cum Stobaeo Anthol. II 46, 11; vacillat enim lemmatum fides in corpusculis, quae Menandri et

respuat ac repentina vicissitudinis vi (111) divites ad paupertatem, maleficiorum nutricem (157), detrahit, ex egentibus locupletes efficit (121 cl. 213, 7sq.), quibus maximae aegritudinis<sup>1</sup> tempestates excitantur (92. 96).<sup>2</sup> Quoniam vero fortuna ita fert, ut minus gaudeant quam maereant homines (158), alius alia calamitate urgetur (191), quae fati necessitas, lacrimis haudquaquam redimenda (73, 1sq.), non solum mortalibus, verum etiam deis ineluctabilis (115. 165), admonet, ut ad suam quisque sortem se accommodet (187). Levant tamen aegritudinem mala aliena (39. 234),<sup>3</sup>

Philistionis certamina proponunt cf. Guil. Studemund, Menandri et Philistionis comparatio cum appendicibus (Vratisl. 1887) et Guil. Meyer, d. athenische Spruchrede d. Menander und Philistion (Abhandlungen d. philos.-philol. Cl. d. bayer. Akad., vol. XIX — 1892 — p. 227sq.). Diu igitur de editionis Kockianae fragmentis 95. 110. 111. 112. 113. 115. 116. 129. 165. 172. 173. 175. 187. 207 delibandis haesitavi.

<sup>1</sup> Ipsa animi aegritudo (λύπη) morbo est gravior (202) omniumque malorum pessimum, quippe quae ad insaniam, morbos insanabiles mortemque voluntariam saepe compellat (106). Luctus signa sunt lacrimae (73, 7sq.) et lamenta (7, 1sq.), nimia aerumnae vis faciem rigidam reddit (101), nonnumquam vero mala vano metu augentur (160), unde hominum naturam aegritudo patefacit (135. 136 cl. 90, 1sq. et 162). Fugienda igitur est (107, 5 cl. 110, 1sq.), leniri autem potest sepulcrorum contemplatione (116) et amicorum alloquiis (112. 113. 207 cl. 108, 4sq.) vel litteris (11, 6, ubi Nauckii emendationem λύπης pro ψυχῆς recipiendam esse duco).

<sup>2</sup> Optimam memoriam λύπας δ' ἔχοντας μελζοντας τοὺς μείζοντας (όρῶ) 96, 7 pravo commento τοὺς πλεόντας (scil. τὸν πλουσίων) oblitteravit Kockius, cuius vestigia Blaydesius, Adversar. in Comicorum Graecorum fragmenta vol. II (Halis Sax. 1896) p. 186 lectione τοὺς πλουσίους pressit cf. Herodotus VII 203 εἶναι δὲ θνητὸν οὐδένα οὐδὲ ἔσεσθαι, τῷ κακὸν ἐξ ἀρχῆς γενομένῳ οὐ συννεμίχθη. τοῖσι δὲ μεγίστοισι αὐτῶν μέγιστα, — Euripides fr. 80 (2Nauck) φρεῦ, φρεῦ, τὰ μεγάλα μεγάλα καὶ πάσχει κακὰ cl. Trag. inc. fr. 547, 11 ὄγκον δὲ μέγαλον πτώμα γίνυται μέγα. Comparativi similis est ratio apud Senecam de ira II 21, 5 non vides, ut maiorem quamque fortunam maior ira comitetur (cl. Phaedr. 1125 leviusque ferit leviora deus), convenit etiam Minucii Felicis locus Octav. 37 (Patr. Lat. vol. III p. 368 B Migne) in hoc altius tolluntur, ut decidant altius, qui in Philistionis versu apud C. Wachsmuthium, Studien zu den griechischen Florilegien (Berol. 1882) p. 124 (cf. etiam Meyer, d. athen. Spruchrede 299 p. 292sq.) ἐπαίρεται γὰρ μείζον. ἴνα [καὶ] μείζον πέσῃ particulam καὶ otiosam esse probat (cf. insuper Caesar B. G. I 14, 5 cl. Luciano Charon. 14, quem locum C. Morawskii, collegae humanissimi, doctrina suppediavit), quamquam Nauckii opinionem prius μείζον in μέγ' mutantis (ad Euripid. fr. 1040 p. 690) praeter Gregorii Nazianzeni et Basilii Macedonis exempla a Nauckio indicata commendare videntur Tragicus incertus fr. 82 πολλοῖς ὁ δαίμων οὐ κατ' εὐνοίαν φρενῶν | μεγάλα δίδωσιν ἐδτυχηματ', ἀλλ' ἴνα | τὰς συμφορὰς λάβωσιν ἐπιφανεστέρως, Ps.-Seneca Octav. 379 alte extulisti, gravior ut ruerem, Claudianus in Rufin. I 22sq. tolluntur in altum, | ut lapsu graviore ruant; accedat Juvenalis X 105sq. numerosa parabat | excelsae turris tabulata, unde altior esset | casus cl. Horatio C. II 10, 10sq. celsae graviore casu | decidunt turres et Seneca Phaedr. 1124 minor in parvis fortuna furit.

<sup>3</sup> Alterius loci sententiam a Kockio non intellectam esse temeraria coniectura ad Menandr. fr. 549, 5 demonstrat; cf. Synesius Epist. LVII p. 667 (= LXXIX p. 689) Herch. ἀλλὰ Ἀνδρόνικος ἀντιπεριγίγαγε καὶ πρὸς ταῖς κοιναῖς συμφοραῖς τὸν νοῦν ἔχειν

extenuat patientia (117, 3 sq.),<sup>1</sup> qua saepe in melius res adversae flectuntur (161 cl. 153) nec minus efficax remedium mens aequa sortis humanae memor (107 cl. 152 et 195) adfert. Quodsi ubique (28, 1 sq.) «pati necesse est multa mortales mala» (117, 1 sq. 133), etiam oblectamentorum solatio fruendum (172. 173), quae vitam vitalem reddant (104, 1); tristi enim vitae mors ceteroquin inevitabilis (175) praestat (203),<sup>2</sup> etiamsi adventantem mortem reformidare solent homines (129).

Quodsi sermonis ratio in quaestionem venit, depravatam loquendi consuetudinem, a Philemonis aetate alienam, ἄρα μὴ praepositum redarguit,<sup>3</sup> quae quidem structura apud Palladam suspicione vacat,<sup>4</sup> quapropter

ἐποίησε· καὶ γεγόνασσι μοι συμφοραὶ παραμυθία τῶν συμφορῶν, πρὸς ἑαυτὰς ἀνθέλκουσαι καὶ πάθει πάθος ἐκκρούουσαι.

<sup>1</sup> V. 3 ὁ ποιῶν δ' ἐλάχιστον τὸ γεγενημένον. . . Kockii et Blaydesii (p. 187) conjecturae: ὁ πόνω δ' ἐλαχίστω τὸ γεγενημένον φέρων et ὁ φέρων δὲ ἄστυ τὸ γεγενημένον (κακὸν) colorem adulterinum inculcant cf. Plutarchus Consol. ad Apollon. XIX p. 111 EF ἀπαλλαγῆσονται τῆς λύπης, ἀρχαίω καὶ σοφῶ πεισθέντες λόγῳ τῷ παινοῦντι (cf. cap. IV p. 103A) τὰ μὲν ἀγαθὰ ποιεῖν ὡς μέγιστα, τὰ δὲ κακὰ συστέλλειν καὶ ταπεινοῦν. Εἰ μὲν οὖν τὸ πένθος ἐστὶν ἀγαθόν, δεῖ ποιεῖν αὐτὸ ὡς πλεῖστον καὶ μέγιστον· εἰ δ', ὥσπερ ἡ ἀλήθεια ἔχει, κακὸν ὁμολογοῦμεν αὐτὸ εἶναι, συστέλλειν καὶ ποιεῖν ὡς ἐλάχιστον καὶ ἐξαλείφειν εἰς τὸ δυνατόν. Nimirum 'leve fit, quod bene fertur onus' (Ovidius Am. I 2, 10) cf. praeterea Seneca Consol. ad Marc. XII 5 scias fuisse multos, qui lenierunt aspera ferendo placide et Iosephus Flavius Bell. Iud. II 16, 4 οὐδὲν δὲ οὕτως τὰς πληγὰς ὡς τὸ φέρειν ἀναστέλλει. Quae cum ita sint, post verba ὁ ποιῶν δ' ἐλάχιστον τὸ γεγενημένον clausula φέρων reposcitur sive potius εἰ φέρων, ubi anapaestum ita incisum, ut vox hyperdisyllaba (γεγενημένον) in altera thesis syllaba terminetur, tueri videntur Aristophanes Plut. 942 et Diocles fr. 6, 2 (apud Kockium, vol. I p. 768), quamquam locos illos in suspicionem vocat C. Bernhardt, de incisionibus anapaesti in trimetro comico Graecorum (L. 1871) p. 29sq. Philemon ipse gemellam anapaesti structuram admittit in pede secundo fr. 47, 2 et quarto fr. 122, 3, tum elisionis vi lenitam in pede tertio fr. 64, 3; segregandus enim est versus suppositivus fr. 246, 12 οὐδ' τοῦνομα φροβερὸν, οὐδ' ἂν ὀνομάσαιμ' ἐγώ.

<sup>2</sup> Etiam fr. 227 ὡς κρεῖττον ἐστὶ δεσπότην χρηστοῦ τυχεῖν | ἢ ζῆν ταπεινῶς καὶ κακῶς ἐλεύθερον huc spectaret, si Philemonis nomen firmo fundamento niteretur; sententiae enim ratio a Philemonis ingenio haudquaquam abhorret cf. fr. 22 cl. 95. Dictionis color Euripidis fragmentum in mentem revocat 529 ὡς ἡδὺ δούλοις δεσπότης χρηστοῦς λαβεῖν (καὶ δεσπότησι δούλον ἐθμενῆ δόμοις) sive potius Menandri Monost. 556 ὡς ἡδὺ δούλω δεσπότην χρηστοῦ τυχεῖν.

<sup>3</sup> Neque enim fr. 112 ἄρ' ἐστὶ τοῖς νοσοῦσι χρήσιμος λόγος adferri potest, ubi Stobaei (Anthol. II 4, 3) codex Vindobonensis S perperam ἀρ' exhibet.

<sup>4</sup> Cf. e. gr. Paulus Epist. I ad Thessalonic. V 6 ἄρα οὖν μὴ καθύδωμεν. Scilicet L. Boissonadi emendationem ἄρα μὴ pro ἄρα μὴ confirmat, quam codicis Palatini memoriam metri lex perinde refellit ac τὸ δοκεῖν pro τῷ δοκεῖν [qua de varietate cf. nostra 'Studia philologica in Georgium Pisidam' (= 'Rozprawy Wydziału filologicznego Akademii Umiejętności' vol. XXX, Cracoviae 1900) p. 197 n. 1 cl. p. 166 n. 5 et p. 324] et 81, 3 καθ' ἐξόμεθα (= L) pro καθ' ἐξόμεθα [quae scriptura recurrit X 75, 7 (τριερόμεθα Pal.,

et Planudis lectio *μήπου* reicienda est et recentiorum commenta *ἀκμήν*, *ἀρμοῖ* (Jacobsius), *μήπω* (Brunckius), *ὑπαρ* (Piccolos) concidunt.

Palladae insuper dictionis colorem optime convenire exempla similia docent cf. cum 81, 1 (*ὦ τῆς βραχείας ἡδονῆς τῆς τοῦ βίου*) X 90, 1 *ὦ τῆς μεγίστης τοῦ φθόνου πονηρίας* et XI 289, 1 *ὦ τῆς ταχίστης ἀρπαγῆς τῆς τοῦ βίου*,<sup>1</sup> cum 82, 2 (*Ἕλληγες ἄνδρες, συμφορᾶ πεπτωκότες*) X 90, 5 *Ἕλληγές ἐσμεν ἄνδρες ἐσποδαμένοι* cl. 89, 1 sq.<sup>2</sup>

Accedit quod carmini 81 adsimulari possunt poetae querimoniae de exiguo vitae humanae curriculo V 72, 2, XI (56, 5);<sup>3</sup> 62, 5<sup>4</sup> cl. X 87, 1, — cum n. 82 epigramma X 88 congruit et consentit:

*Σῶμα πάθος ψυχῆς, ἥδης, μοῖρ', ἄχθος, ἀνάγκη,  
καὶ δεσμός κρατερός καὶ κόλασις βασάνων·  
ἀλλ' ὅταν ἐξέλθῃ τοῦ σώματος, ὡς ἀπὸ δεσμῶν  
τοῦ θανάτου, φεύγει πρὸς ἀθάνατον.*

Falso enim versus illos a Pallada abiudicavit A. Francke,<sup>5</sup> poetae ratione non perspecta, qui ironice Platonis<sup>6</sup> doctrinam de animae immortalitate proposuisse censendus est eo consilio, ut simul cum Platone<sup>7</sup> Christiani deriderentur, *νεκρῶν ἔχοντες ἐλπίδας τεθαμμένους* (X 90, 6).<sup>8</sup> Concordat vero epigrammatis X 82 sententia, qua quidem argute conclusio: *ἄρα μὴ θανόντες τῷ δοκεῖν ζῶμεν μόνον* exprimitur ad propositionem: *εἰ ζῶμεν ἡμεῖς τοῦ βίου τεθνηκότος* pertinens;<sup>9</sup> quam Palladae

*τρεφόμεσθα* Plan.; cf. 85, 1 *τρεφομέσθα*); adde X 121, 3 (*ἐκτρεπόμεθα* Pal., *ἐκτρεπόμεσθα* Plan.), ubi Palladae nomen dubitationem habet].

<sup>1</sup> Boissonadii correctionem *ὦ* (*ὦ* Pal. et edd. Plan.) ubique Anthologiae Planudeae codex autographus (cf. 'Anthologiae Planudeae appendix Barberino-Vaticana', L. 1890, p. VIII sqq.) comprobat: f. 19<sup>v</sup> (X 90, 1), 20<sup>v</sup> (X 81, 1), 29<sup>r</sup> (XI 289, 1).

<sup>2</sup> Clausula *ταλαιπώρων βροτῶν* (81, 5) redit X 94, 4 cf. praeterea XV 20, 1 *τὸν ταλαιπώρον βίον*.

<sup>3</sup> Uncis epigrammata includuntur ex coniectura ad Palladam relata.

<sup>4</sup> Contra vitae brevitatem Palladae remedia sunt voluptatum blanditiae, quae vivendi ars etiam adversus curas et dolores X 47, XI 54. 55 omninoque adversus vitae fragilitatem (VII 339, 7 sq.), X 77, 5 sq., (118, 5 sq.) commendatur.

<sup>5</sup> De Pallada epigrammatographo (L. 1899) p. 46 sq.

<sup>6</sup> Cf. Jacobsius, animadversiones in epigr. Anthol. Gr. vol. II 3 p. 260.

<sup>7</sup> Cf. X 45, 3 sqq. 'Materialismum' suum poeta in medium profert (VII 339), X 58. 75. 78. 84. 85. (118), XI 349.

<sup>8</sup> *Μωρίαν* Christianorum exagitans X 90, 4 et 91, 2 Palladas procul dubio Pauli Apostoli verba (Epist. I ad Corinth. I 23) *ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον. Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον*, "Ἕλλησι δὲ *μωρίαν* respexit.

<sup>9</sup> Alio sensu poeta noster de paupere dixit X 63, 2 *καὶ ζῆν γὰρ δοκέων ὡς νέκυσ ἦν ὁ τάλας*.

cogitationem interpretes non sunt adsecuti, cum enuntiati acumen coniecturis: *ἔζωμεν* (Brunckius), *οὐ ζῶμεν* (Jacobsius), *ἦ ζῶμεν* (Boissonade), *ἦ ζῶμεν* (ante Piccolon Musurus)<sup>1</sup> obtunderent. Syllogismi autem confirmator Plato habendus est, ut qui Gorg. p. 492 E Euripidis sententiam adleget fr. 638 *τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστὶ καταθανεῖν, | τὸ καταθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται;*<sup>2</sup> cui Pythagoreorum dogmata nec non Heracliti doctrina exemplum praebuerunt cf. Clemens Alexandrinus Strom. III p. 518 Pott. (Patr. Gr. vol. VIII p. 1120 B) *ἄξιον δὲ καὶ τῆς Φιλολάου λέξεως μνημονεῦσαι · λέγει γὰρ ὁ Πυθαγόρειος ὧδε* (fr. 23 ap. Mullachium, Fragm. Philos. Gr. vol. II p. 7) *· μαρτυροῦνται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεολόγοι τε καὶ μάντις,*<sup>3</sup> *ὡς διὰ τινος τιμωρίας ἡ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται καὶ καθάπερ ἐν σώματι τούτῳ τέθραπται*<sup>4</sup> et p. 520 (p. 1124 B Migne) *οὐχὶ καὶ Ἡράκλειτος θάνατον τὴν γένεσιν καλεῖ, Πυθαγόρα τε καὶ τῷ ἐν Γοργία Σωκράτει ἐμπερῶς, ἐν οἷς φησι* (fr. 64 Bywater, 21 Diels) *· θάνατός ἐστιν ὁκόσα ἐγερθέντες ὁρέομεν* cll. Philone Judaeo Leg. Alleg. I 33 p. 65 Mang. (vol. I p. 89 Cohn) *εὖ καὶ ὁ Ἡράκλειτος κατὰ τοῦτο Μωυσέως ἀκολουθήσας τῷ δόγματι · φησὶ γὰρ* (cf. Bywater ad fr. 67, Diels fr. 62) *· ζῶμεν τὸν ἐκείνων θάνατον, τεθνήκαμεν δὲ τὸν ἐκείνων βίον, ὡς νῦν μὲν,*

<sup>1</sup> Hanc enim lectionem praebent codices Vaticani Gr. 1416 f. 239<sup>r</sup> et 1169 f. 69<sup>v</sup>, de quibus cf. 'Anthol. Plan. append. Barb.-Vat.' p. VI.

<sup>2</sup> Cf. praeterea fr. 833, 1 *τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ' ὃ κέκληται θανεῖν, | τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί;* Rem verisimilem sibi videri Euripides significat cf. J. van Leeuwen ad Aristophan. Ran. 1477 (Lugd. Bat. 1896) p. 214.

<sup>3</sup> Orphicos designari perspexit Lobeckius Aglaopham. vol. II (Regim. 1829) p. 796, cf. praeterea E. Rohde, Psyche <sup>2</sup> II (Frib. 1898) p. 122.

<sup>4</sup> Ad Pythagoricam disciplinam trahenda sunt morientis Epaminondae verba apud Valerium Maximum III 2 Ext. 5 *non finis, commilitones, vitae meae, sed melius et auctius initium advenit. Nunc enim vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur.* Eandem Plato respexisse putandus est Gorg. p. 493 A *ἦδη τοῦ ἔγωγε καὶ ἡκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν, καὶ τὸ μὲν σώμα ἐστὶν ἡμῶν σῆμα;* Neque enim ad Orphicos (fr. 221 p. 243 Abel) illud vocis *σῶμα* veriloquium revocatur Cratyl. p. 400 C *καὶ γὰρ σῆμα τινές φασιν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς, ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι καὶ διότι αὐτὸ τούτῳ σημαίνει ἢ ἂν σημαίνῃ ἢ ψυχῇ, καὶ ταύτη σῆμα ὀρθῶς καλεῖσθαι. Δοκοῦσι μέντοι μοι μάλιστα θέσθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς, ἣν δὴ ἔνεκα ἴδωσι · τοῦτον δὲ περιβολὸν ἔχειν, ἵνα σφύζηται, δεσμοπηθροῦ εἰκόνα · εἶναι οὖν τῆς ψυχῆς τοῦτο, ὡς περ αὐτὸ ὀνομάζεται, ἕως ἂν ἐπίση τὰ ὀφειλόμενα, τὸ σῶμα καὶ οὐδὲ δεῖν παράγειν οὐδὲν γράμμα.* Pythagorae et Platonis concenium notat Macrobius in Somn. Scip. I 11, cum Philolai fragmento Cratylī locum componit Theodoretus Affect. Cur. V (Patr. Gr. vol. LXXXIII) p. 928 C, qui Clementem Alexandrinum l. c. expilavit, ubi Cratylī originatio praecedit. Falso tamen in *ἰδίῳ* subsistens Clemens Pythagoreorum etymologiam *σῶμα* — *σῆμα* Orphicis vindicavit, quorum doctrina a *σφύζειν* (*σῶσμα* — *σῶμα*) vocis vim repetit. Quam rationem etiam ab A. Dieterichio, Nekyia (L. 1893) p. 90 et E. Rohdeo o. l. vol. II p. 130 (adde p. 150 et 279) neglectam esse sanquam miror.

ὅτε ζῶμεν, τεθνηκυίας τῆς ψυχῆς καὶ ὡς ἂν ἐν σήματι τῷ σώματι ἐντετυμβευμένης<sup>1</sup> et Sexto Empirico Pyrrh. Hypot. III 230 ὁ δὲ Ἡράκλειτός φησιν (cf. Bywater ad fr. 78), ὅτι καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ ἀποθανεῖν καὶ ἐν τῷ ζῆν ἡμᾶς ἐστὶ καὶ ἐν τῷ τεθνάναι· ὅτε μὲν γὰρ ἡμεῖς ζῶμεν, τὰς ψυχὰς ἡμῶν τεθνάναι καὶ ἐν ἡμῖν τετάφθαι,<sup>2</sup> ὅτε δὲ ἡμεῖς ἀποθνήσκομεν, τὰς ψυχὰς ἀναβιοῦν καὶ ζῆν.

<sup>1</sup> Imago ὡς ἂν — ἐντετυμβευμένης ex celebratissimo Cratyli loco fluxit, ad quem etiam Lexicographorum etymologia redit cf. Etym. Magn. p. 742, 16sq., Etym. Gud. p. 520, 4sq., Orion p. 1444, 24sq., Crameri Anecd. Oxon. vol. I p. 386, 19sq. cll. Tzetzta ad Lycophr. 41, Eustathio ad Homerī Il. I 115, p. 61, 38sq., Joanne Euchaitensi carm. etym. 142 p. 9 Reitzenstein (M. Terentius Varro und Ioannes Mauropus von Euchaita, L. 1901). Eandem vocis σῶμα definitionem Aeneas Gazaeus p. 5sq. (cl. p. 44) Boiss. cum Phaedonis Platonici loco p. 62 B coniungit, quem ad eandem doctrinam pertinere observat Cicero Or. pro Scauro II 4 vol. IV p. 956 sq. <sup>2</sup>Orelli (sive Zeno Veronensis de resurr. I Patr. Lat. vol. XI p. 371 A) cf. insuper de Rep. VI 14, Tusc. I 31, 75 (sententiam impugnat Lactantius Inst. Div. III 19 Patr. Lat. vol. VI p. 412 A, probat Augustinus Epist. Class. III n. 155 ad Macedon. I 4 ibid. vol. XXXIII p. 668 cll. Serm. CCCXLVI I vol. XXXIX p. 1522, de Civ. Dei XII 20 vol. XLI p. 369 et XIII 10 p. 383); Plotinus Ennead. IV lib. VIII 1; Epiphanius Epist. ad Ioann. Episc. 4 (Patr. Gr. vol. XLIII p. 384 C).

<sup>2</sup> Etiam hic flosculum Platonicum adgnoscas; e Platonis auctoritate pendet praeterea Ps.-Heraclitus Epist. V p. 73 Byw. (p. 282sq. Herch.) τάχα καὶ ψυχὴ μαντεύεται ἀπόλυσιν ἑαυτῆς ἢδη ποτὲ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου τούτου καὶ σειομένου τοῦ σώματος ἐκκύπτουσα ἀναμνησκει τὰ πάτρια χωρία, ἔνθεν κατελθοῦσα περιεβάλετο ἥεον σῶμα, τὸ τεθνεὺς τοῦτο, ὃ δοκεῖ τοῖς ἄλλοις ζῆν ἐν φλέγμασι καὶ χολῇ καὶ ἰχώρι καὶ αἵματι, νεύροις καὶ ὀστοῖς καὶ σάρκεσι περιλημένον cf. J. Bernays, die Heraklitischen Briefe (Berol. 1869) p. 60.

Cracoviae.



LEO STERNBACH.

PIOTR BIEŃKOWSKI  
KRAKÓW